nita urbe, maiora simul mox animo concipiens, peditem centum
millia nauisq; quinquaginta congregauit. & dum aduersus Lysi-
machum exercitū duceret, Pyrrhus ei Berrihēam abripuit. Hoc
cū accepisset, priore relata expeditione, in Pyrrhū se conuerit.
Castris autē uixit positis, multi ex Berrih ei in Demetrij castra
profeci; Pyrrhū summi laudibus modō milii patrem, modo om-
num benefactorem predicabant. Tum hortabantur Macedonas
à Demetri dominatu, hortabantur ut ad Pyrrhū armorum pa-
rentem transirent. Quibus rebus exercitū cernens motum De-
metrius, insidiasq; timēs, simplici amictus chlamyde fugam arri-
puit. Pyrrhū itaq; in exercitū receptus, ac Macedonice rex res est
salutatus. Paulo autē pōst apud Edessam, & Lysimachō superatus,
relata Macedonia in Epirū fecerit. Vbi dum in ocio degeret, Ta-
rentini in Italia à Romanis attriti, Pyrrhus sibi in subsidarium
dūc adscuerunt. Erant Tarentini, Lucani, Messapij, Samnitēs, q;
societate coniuncti, ad quos, cum Pyrrhus equitum tria millia,
peditem tria & xx fundatores & sagittarios quingentos, elephā-
tos xx transferet, per mediū Ionīi Boreā ſeuiente, clefsis pars
in Lybicū, pars in Siculum pelagus diſiecta est. Ipse autem cum
regia nauis, ferientibus undiq; procellis, tandem ad littus adactus,
M̄ssapiorum littora ceu naſfragus tenuit. A' quibus magnificen-
tissime suscepit, cum tribus militiū millibus ex superficiib; ac e-
lephantis duobus, & Cynea sibi obviam prodeunte, quem antea
cum tribus equitum millibus in Italianum præmisserat, Tarentum in-
gressus est. Adueniente itaq; Albino consule magno cum exerce-
ti, Pyrrhus caduceatorem præmisit, Romanos interrogans, an

Pyrrhus
Macedonia
rex declara-
tus.

Pyrrhus
Tarentum
occupat.

ζ 3 can-

causam cum Tarentinis se iudice uellent dirimi. Responso accepto, Romanos eum in iudicem non elegisse, minusque formidare, inter Pandosiam urbem & Heracliam castram eti. Suis flumen castra disternabat. Quod dum transire Romani niterentur, Pyrrhus manu corporeaque strenuus, optimi etiam ducis prudentia non omisit. Cum enim Romani in eius duntaxat capit intenderent, ipse mutatis uestibus hostes febelli, ita anceps du certamen fuit, se ptereq; Pyrrhum hostes pepulisse, pulsusq; fuisse ferunt. Et cum pro rege, is qui regia gestabat arma necaretur, Romanisq; larentes hostem acris impellerent: tum Pyrrhus nudato capite, viuum suis esse se ostendit, & tanto pariter impetu in Romanos irruit, ut Pyrrhi de cum cæde maxima illos in fugam uerterit. ex quibus ad sedecim Romanis millia desiderata sunt: ipse uero ad tredecim milia amisit. Hinc cæta pitis Romanorum castris, regionemque populatus ad trecenta stadia, propius urbem Romanam castra mouit. Hac autem uictoriali- cet gloriaretur, animaduertens tamen uiuū non esse suarū Romanos subigere, nihil antiquius duxit, quam ad pacem eos amicitiamq; adducere. Misso itaq; Roman Cyneas, senatus captiuorum oblitus liberationem, & ad Italiam subigendum auxilium, sibi ipse amicitiam, Tarentini securitatem postulauit, iam Cyneæ oratio ad pacem patres inclinarunt, cum Appiij Claudijs suationes contrarium intulerunt. Ex quo per senatum Cyneæ responsum est, Pyrrhus tunc Romanorum amicitiam esse pacemq; recepturū, cum Italia excederet: sibi minus, nil de pace futurum. Cyneas autem rediens mandata Pyrrho retulit, à quo interrogatus, quid de ueste Roma sentiret, respondit cum multa alia, tum uidisse se sensum, quem in grauitate tanta ueneratione que, regum exsultaret laus, confessum: tum uero talem esset Romani populi multitudinem, quem Hercules Lernean hydram oppugnans expertus esset. Puto post, cum ad eum pro captiis redimendis mitteretur Fabricius, uoluit Pyrrhus illum auro in amicitiam allucere: sed ille quamvis rei domesticæ angustia laboret, munera tamē animo squaluit inuicto. Volens deinceps rex illius animum experiri, upos qui ele-

phantum

phantum ante nunquam uidisset, ex improviso sublata tabernaculi aulea, elephantem unū promiscidem supra Fabricij caput efferentem, grauiter que barrentem, ostendit. Tum Romanus tranquille subridens: Nec aurum heri, inquit, nec hodie bestia me mouit. Miratus animi magnitudinem Pyrrhus, eo magis pacem cum Romanis inire desiderabat. Quod cum senatus minus approbat, nisi Pyrrhus in patriam remigraret, aduersus eum Fabricius consul creatus est. Qui cum primū in castra peruenisset, duobus prælijs apud Asculum cum magna uiruisq; exercitus cæde, ad solis usque occasum pugnauit. Et quamus ad castra Romanos Pyrrhus pepulisset, hasta tamen in brachio uulne- gna. Pyrrho præ- ratus, dixi fertur, Etiam si deinceps Romanos uicerimus, nobis omnino pereundum est. Maxima quidem eius militum pars, & uidiior, & duces admodum omnes interierant. Legati interea Agrigentinorum, Syracusanorum, Leontinorum que ad eum uenerantes, ut ad pellendos è Sicilia Carthaginenses ipsi auxilium ferret, è Graecia quoq; aduersus Ptolemaeum Ceranum vocabatur. Quare deliberandus aliquandiu perfuit, tandem Tarrentini reliqui, in Siciliam nauigauit. Et Carthaginenses ag- Pyrrhus in gressus, eorum attruit potentiam. Erycis munitione oppidi pri- Carthagi- nenses. multis ipse muros ascendit. Et multis gladio transfoysis, multisq; de- iectis, urbe potitus est. Mamertinos item deuicit. Qibus rebus elatior factus, ac superbe nimis se gerens, ciuitates tum preme- do, tum populando, tyramidis ac ingratitudinis notam contra- xit. Sed ubi longius maiora animo concipiens, ad occupandam Lybiam, classem imperiose coegerit. Cæterum quod ex suspicio- ne Theonem ac Sofratum Syracusanorum principes morti de- disset, ciuitates multæ ad Carthaginenses, aliæ ad Mamertinos de- fecerunt. Animaduertens Pyrrhus, populorum istam conspira- tionem ratus, Siciliam minime posse subditione teneri (quando- quidem a Tarentinis Samnitibus que efflagitabatur) in Italiam non sine discriminâ traecit. Quippe in recessu, præter alia bella, que passus est, etiam à barbaro quodam procerò ac terribili ad singula re pro-

re prouocatus certamen, eum à capite usq; ad imas corporis partes ense discedit. Quia uictoria per reliquum tuneris securior factus, cum uiginti pedium milibus, equitū tribus milibus, Tarcentum peruenit, ubi delectu facto, aduersus M. Curium Romanum confulet apud Beneventum exercitum duxit, à quo superatus & in fugā uersus, amissā Siciliā Italiāq; cum octo milibus, peditem, & quingētis equitibus, in Epīru soluit. Et cum nūbil haberet, unde exercitu posset suppeditare, Macedonīā ingressus, cūcta popula batur. Tum multa captis urbib; duobusq; milītū milibus ad eū deficientibus, Antigonū Demetriū filium, tunc Macedonīā regem, iusta ac superatum, cum maxima Galatarum cæde profligavit. Pulsō itaq; Antigono, & Egaeū expugnatis, Cleonymus Spartiarum rex, quod in Lacedæmonios uolentus esset, regno pulsus, Pyrrhus contra Spartam cum pedium uiginti quinq; equitū duobus milibus, elephantis tribus & uiginti adduxit. Pyrrhus autem ut animo erat irrequetus, sic ad res nouas intendens, nullā mortuis occasionem, apud ciuitatis muros castrametata est. Postridie uero, ciuitatis fossas & aggeres superare contendens, dum in hœs equum adigit, equis fūgitā transfoſsus per auiā Pyrrhū precipitauit. ex quo a pugna cestatum est. Ipse quoniam expugnare ciuitatem non poterat, multis acceptis placis, ab oppugnatione desistit. Ab eis igitur uixidum preda, confeſsum ab Aristeo cetera Ariſippū Antigoni partes sedantem, incitatus est. Sed propter Ariſ Lacedæmoniorum regis infidias nihil efficere potuit. Acri aut pugna à Spartani circa Ptolemaeū filium exorta, pperauit Pyrrhus ut auxilium ferret. Quem cum cognouiſet adueniens, ab inimicis iam conſectum, ira ſimil atq; dolore percitus, in Eualecum ducenitato equo uectus, eum baſta transfoſsum humi stravit, ac pedibus defiliens, magnam super illo pugnantium catervam occidit. Ex quo hac paulum ultione mitior factus, quſi per funebre certamen filio parentasset, tandem peruenit Argos. Antigonus etiam ab Aristeo acciū illuſ contendebat. Cum autem Aristeus noſtu Pyrrho portam reſeruasset, Galatasq; in urbem recipiſſet, in-

¹ Pyrrhi in-
ſeſſelix ca-
ſua.

gredientibus elephantis rumor Argiuos excitauit. Quare quantum poterant, armarunt ſe ciues. Ut primum illuxit dies, Pyrrhus in forum perueniens, ſimulachrū ænei lupi ac tauri quafi in p̄flio quodam conſpexit, et ſimil ueteris oraculi memor, ſummope re perhorruit. Habuerat enim oraculum, mortem ſibi imminere, cum Oraculum lupum taurinū pugnantes cerneret. Territus ergo, dum pedem Pyrrho daſſeret, inter ſuos qui ſeriatim urbem ingrediebatur impulcitus, tum nec euadere, nec pugnare poterat: ita ex amicis inimicisq; colluio quædam fuiffe facta uidebar. Nec multo poſt fortissime pugnans, à quodam baſta vulneratus est. Qui cum in percuſſore equam uerteret, ab illius matre cum ceteris pugnam deſuper ſpediente, ac filij periculum formidante, iniecta regula, lataliter percuſſus, ex equo decidit. Hic cum Antigoni miles cervicem inciſus gladium eduxiſet, ita torue hominē ap̄pexit Pyrrhus, ut pre Pyrrhus: oc timore non recte, ſed ab occipite cervicem ille ſecaret. Antigonus quidem caput Pyrrhī, corpus magnifice ſepeliri fecit. Helenumq; eius filium adolescentem humaniter amplexus, in Epiru remittit.



AI VS Marius humili loco natus, patrem habuit Marium, matrem Fulciniā, homines ſanē rufiſtos ac uiles. Huius Marij Rauennæ iamdu- dum erat ſtatua, & affectu immitis, & eius mo- ribus congrua. Qui tanetiſi cum parentibus ruſicaretur, tamen urbarium rerum deſiderio allectus, Romam ali quando proficiſcebat, quoniam uero bellicosum ei natura eſſet, exerat animū, facile militiam perferens, apud Numantia ſub Afri- cano, ceteris etatis ſuę adoleſcētibus fortitudine praefitit. Nam ante imperatoris ora hostem immanisimū ſemel interfecit, & propterea ſub Scipione ad alias dignitates peruenit. Cumq; per o- cium ab amico forte Scipio rogaretur, quem nam poſt ſe futurum putaret Romanum imperatorem, tum leniter ille Marium tan- gens, Hūc profecto, inquit, Qubus uerbis Marius elatior factus,

ceo oraculo confirmaretur, tribunitia dignitatem obtinuit. In qua pro�us praeclarer excelluit, non ut adolescent, sed ut perprudens homo. Et propterea ad cedilitatem animum intendens, id munera sibi decerni petij, quod cum haud exoraret, minorem cedilitatem consequi nitebatur. hac quoq; denegata, bis scilicet eodem die re-

Marij repul- **sa.** **Marij est:** quod nemini ante contigisse dicunt. Marius ob id anti-
mo consernatus, paulo post tamen praetura petij. Sed quia donis suffragatores corripiisse dicebatur, in iudicium accusis, praetorem num opinionem minus affectus est. In quo cum mediocriter la-
daretur, ulteriorem Hispaniam sorte sibi uendicauit. Hanc addi-
predonibus exterrit, ut tufo posset aurum circumferri. Ex ijs i-
tetur rebus ad rempib; animum inecir. Nec ille quidem eloquens,
ut pleriq; solent, uerum cordis altitudine, solertia, morum dexteritate, in prehensionis dexteris, inter cōuersandum cum plebe, sibi
Julia Marij
uxor. autoritatem comparauit. Ex quo sanè Iuliam in signi Cæsarum fa-
milia oriundam, uxorem habuit. Cuius etiā hinc Cæsar sororum
nepos erat. Postea sub Cælio Metello cōtra lugurtham legatus, multa probitas signa ostendit. Et in tantum studio militum & be-
nevolentia crevit, ut Metellum non mediocriter commoveret. Ita-
que milites multi per literas in urbem renunciaverunt, bella nūquam contra barbaros finem habituunt, nisi Marius consul crearetur. Ma-
rius per haec, ac hatis consilio, ad maximas res exhortantis, con-
firms, Romanum uenit. Qui summa cum uoluptate receptus à popu-
lo, consul designatus est. Conscripto igitur exercitu in Lybiā
Marius con-
tur. trajcens, lugurtham a Metello superioribus bellis quasi regio
pulsum, amplius tamen ad Bocchum regem socerū profugere co-
agit. Hunc Bocchus pudore magis, quam amore suscepit. Timebat
enim ne si quando lugurtha regnum recuperaret, ipse inimicus es-
set. Et propterea Marium per literas monuit, ut ad se Syllam mitte-
ret. Erat tunc Sylla questor, & multa in eo bello utiliter gese-
rat. Bocchus autem Sylla uiso, animi quid ageret dubius, num Sylla
le lugurtham, an lugurtha Syllam tradaret, multum cogitauit.
Tandem omnia dimetens, lugurtham captiuū Sylla dedit. Quo-

Res demum fuit Romana libertatis eueratio. Quippe cum in urbe hoc renuciatum est, qui Mario infensi erant, Syllæ rei gloriā adscribant. Et propterea (ut est levitas iudicij) Syllæ partibus in-
harebat, eiusq; industria captiuū lugurtham sepe testabatur. In-
tere Theutones Cymbrosq; Italii maxima manu inuadere audi-
tum est. Quare ciuitas curis cogitatione&c agitata, ad tantam bel-
litatem profligandam in Mario summopere confidebat. Era-
rit enim Marius abens, ad ineundum autem rursus consulatum, tempus minime dabatur. Sed ita populus Marij studio uiguit, ut ini-
uitus omnibus eum secundò consulem designauerit. Marius itaque ex Africa delatus, triumphum egit, et lugurtham duxit captiuū. Deinde expeditione se accingens, exercitu laboribus, cursu, itine-
rib; exercuit. Ipsaq; cū egregie cetera, tum uocis etiā asperitatem,
specusq; rigiditatem tuebat, ut suos ad obsequendum maiestas
te permuiceret, & hostibus terrorem incuteret. Erat item in iudi-
cando aequus, & ob id militibus ualde gratus. Legitur enim quod
cum C. Lucius, eius ex sorore nepos, adolescentis Trebonij forma
teneretur, ac eo uolenter abiui uellet, & propterea cum a Trebo
no nefas detrectante esset occisus, Marium Lucij morte auditus,
Trebonio diem dixisse. Sed is constanter se expurgans, post-
quam innocentiae sue testimonia protulisset, Marium admiratio-
ne affectum, corona quoq; Trebonium donasse. Hoc Marij uidi-
cium tamē p̄ se tulit honestatis opinionem, ut ciuitatū omnium
nimis ad tertium illi demandandum consulatum allexerit. Sic de
signato, tum consul fuit. At barbari p̄ atē omnium opinionem,
aduentum in Italiam suū distulerunt. Hinc pro temporū necesse
Marius quartū consul designatus est. Suscepito itaq; magistratu, iūm &
Marius ultra alpes exercitu ducens, ad Rodani ostia castrameta-
tus est. Barbari bipartiti, pars altera aduersus Catulum Marij col-
legam, altera ē regione Marij castra posuit. Tum Theutones pro-
currerunt, agros populati sunt, Marium probris ad prælrium lace-
suerū. Sed consul in castra suos coegit, audaces cōprimens, et e-
rumpere uolentes instantius prohibens. Volebat enim ut aliqua de
hostibus

Cymbrici
belli origo.

hostibus habita consuetudine eius milites, barbarorum nō horrent aspectus, nec uocum asperitates; aut eorum ferocias impensis formidarent. Erant uero Theutones & Ambrones ad triginta myriadas, & propterea Romanos derisi habebant. Quis cum sa-pius prope uallum lacescissent, nemine castra exēunte, alpes transcedere statuerūt. Cum igitur præter Romanorum castra incēderent, subsanates querebāt, Nūquid uellent ad suas uxores non insolentia. cij dare? Digrressa deinde hoc modo per dies sex barbarorū multitudine. Marus paulatim se mouēt, posuit semper cominus castris, nouissimum sepius intrepide superabat. Et ad Sextias usque aquas perueniens, tandem decernere statuit. Interea Ligurum nonnulli gregari milites dum aquatum proficierentur, ab hostibus Ambrones se se terribiliter appellatis, irritati sunt. Erant Ambrones ultra triginta milia. At Ligures illorum audacia fastidit, se se etiam altis uocibus Ligures ipsi compellabant. Ex ergo irritatione, ad arma, ad manusq; concursum est. Quibus confligentibus, dum Ligures impetum ferre iam non ualerent, Romani desuper in barbaros irruentes, tanta Ambrones cœde profigunt, ut flumen proximum cruentum, & cadaveribus opplere. Postridie autem Marius, concavitate quadam barbarorum casuis immittentes contemplatus arborum densitate horrendas, & Claudiū Marcellum cum tribus militiū millib; in infidias dispositi, & alios ante uallum in aciem componentes, reliquos in plantiem ordinatè deduxit. Theutones ob hoc incensi, in Romanos præcipites properarunt. Sed Mario circumquaesitos suos hortante, ferale bellum incepit, adeo ut strictis gladiis, collisis umbonibus, & admotis pedibus res ageretur. Tunc irruente desuper Marcello, barbari terror percussi terga dedere. Ex quo Marius direptis castris, et occisis prope decem myriadibus, uictor euasi. Hacq; uictoria potitus, Roma petiit. Et auditio quod Catulus collega à Cymbris male tractaretur, illuc se contulit. Nec longo tempore post compotitis apud Vercellas in planicie copijs, cornua onniſtrenuitate minuit, que duodecimgentia militium milia continebant.

tinebant. Catulus autem in medio suos duxit. Cymbrorum etiam exercitus in partes duas diuisus, per stadia triginta cornu quolibet extendebat. Concurrentibus sic urisaq; tantus clamor, strepitus, & fragor exortus est, ut ccelum ætherq; ruere existimaretur. Verum sole contra Cymbrorum oculos fulgurare, ingens Romanis inde auxilium contigit. Feruente deinceps pugna, militum quispiam forte clamauit: Fusi fusi hostes sunt. Quæ uox à reliquis excepta, uictaq; finem prælio attulit. Nam caesi sunt & fusi perati. Cymbri maxima strage Cymbri. Debellatis hostibus, Catulus signa omnia & hostium tubas in castra deferri iubet, ut si quando ad pendum triumphū egret tali testimonio, haberet. Tum autem pars utraque uictoria sibi gloriam usurparet, Parmenium legatis, qui confidit interfuerant, mandatum est, ut de uictoria iudicarent. Hi autem per cadaveria ambulantes, Catulanorum sagittis, in quibus Catulus inscriptum fuerat, iacentes occubuisse retulerunt. Attamen populi studia adeo erant ad Marium conuerta, ut quantum consulitum ei demandaret, & solus ipsum pro uictoria triumphare decerneret. Verum Marius ut Catuli sibi milites conciliaret, noluit absq; collega triumphare. Erant inter Marium Metellumq; inimicitiae non mediocres, quas ut uicisci posset Marius in petitione consulatus per tribus et suffragia, argentiū clandestine dissipari, & sexto consul est designatus. mox igni et aqua Marius se Metello interdicte iubet. Quo exultante, Marius ad tyramnidem, et tempus subiungendam animum intendens, ex primoribus multos trucidari fecit. Propter quod & patribus & populo iniurias, tum quia obſistere non posset, quin in urbem Metellus reuocaretur. simulans deorū matris uota facturum se, in Cappadociā, Galliamq; peregrè profectus est. Pando post Mario Romanum reuero, Bocchus rex Romanorum sicut ob beneficij à se in Romanum populum collati memoriam, aureas in Capitolio imagines erexit. in his erat Bocchus ipse, Iugurtham Syllae tradens. Marius ob id inuidia tuens, ne Sylla, qui eius fuerat ad Bocchū legatus, sibi uictoriæ famam attribueret, statuus exuerte conatus est. Cui Sylla aduer-

sante, seditionis & inimicitiarum ignis excanduit, quantus uel aer nunquam fuerat. Ceterum exorto socii bello, ciuile paulum quieuit. Quo sedato, inter Marium & Syllam armorū rabies rarus exaruit. Erant tunc Sylla, & Q. Pompeius consules, aduersus quos cū Marij consilio Sulpius armata manu injurgeret, iugulato alterius consilii filio, Sylla opprimere non potuit. Per seipsum enim Marij dominus eus sit ad exercitū. Tum Marius prætor & Sulpius ad has tempestates factus, ut Syllæ conatus reprimere, seruis ad pileum uocatis, multisq; ex Sylla familiaribus necatis, cum ipso confluxit. Sed nictus est. Hinc cum tremebundis per solitudines & latibus erraret, rerum omnium penuria laborans, uicā seruis duobus senex & grauis in nauim Minturnensem litorū uicinam receptus est. At mox nauite ac equitibus de littore complati timentes hostium minas, indignum simul putantes tantum uerum hostibus tradere, honestam commentati sunt occasionem, & Mario in terram dimisso, uela repente dederunt. Ipse uero per paludes & stagna ad senem quendam peruenit. Et in terram prostratus, opem exorauit, ut inter iluas delitescere posset. Demum hostibus circumquaque ruentibus, nudus ceno que oppletus in palude repertus est, ducitus' que Minturnum, ut iugularetur. Lector ergo cum ad Marium gladio armatus accederet, uidere sibi uisus est ex Marij oculis fulgorantem flamam exire, uocemq; audire, Marij dimitte. Stupefactus carnifex, prodigium omnibus patefecit. Quare Minturnenses Marium uinculis exemptum, ad nauem uigil honorifice deduxerunt. Qui tum Libyā petens, cum Mario filio in Epirum traxerit. Cumq; Syllam audiret in agro Beoclico cum Mithridate bellare, & Rome consules seditionem ager, cum filio & milibus mille, Telamonium Tyrreniū oppidum annauigauit. Collectaq; manu, Cyanea cōsuli, ab Octavio urbe pulso adcessit. Et armatis quadraginta nauibus, Ostiam per propositum occupauit. Interea cum Octavianum consulem alterum audisset a milibus obrutuunciam, ope consuli Cinnae laniculum trans Tyberim occupauit. Quapropter senatus à Cirne Marioq; pro ci
ubus

Marius ab
Sylla super-
ratus.

Marius ab
exitio libe-
ratur pro-
digio.

nibus ueniam precatus est. Qua impetrata, consul Mariusq; ur-
bem ingredi sunt. Erat Marius oculis glaucis, colore rubro, facie
tetra, quasi urbi munitis excidium. Tum mox inimicorum sitiens Martherr
sanguinem, plateas, uicos, foras, domos, templaq; omnia cadaueri-
bus repleuit. Dum haec gereret, Sylla debellatio Mithridate, cum
copijs urbem petere nunciatus est. Ex quo Marius septimum
consulatum intiens, magnum intulit urbi calamitatē, quod Sextum
Lucium consulare occidit. Postea sub ipsum iam aduentum
Syllæ, tum curis & laboribus, tum senio & periculis anxius, erro-
res suos & exalium dimetiens, praeter uarias diei cogitationes, tur-
bulentissimus quoque noctu insomnijs torquebatur. Vox enim in
auribus ista uigiter insonabat. Dura sunt leonis cubilia. Et pro-
pterea timorem timori aggregans, curis in horas inualescentibus,
suum dolore distorquericepit, ac incrudefcente febre, die septi-
mō & decimo consulatus fui, cum duodecim uaginta annos na-
tus esset, obiit. quo mortuo, plurimi cues à mortis discrimine li-
berati sunt.

VMENES Cardiani pater fuit Bures, qui ob
rei familiaris angustiam, ex uehiculis uictum sibi
queritabant. Attamen Eumenes literarum palae-
stræ, studiosus, aliquando per otium concertans
cum æqualibus, inter luctas certaminaq; strenue
fegerit. Quem cum ita Philippus perspexisset, adolescentius indo-
le delectatus, eum sibi desumpfit. Mortuo autem Philippo, tanta
spid. Alexandri benevolentia crevit, ut in Archigrammateum Archigrā-
selectus fuerit. Qui cum indes gratia magis proficeret, præter id matēus prin-
quod prefecturā Perdicā intercepit, etiam in India cum exercitu
tanquam imperator brevi constituit. Barsimen deinde Alexan-
dri cognatum uxorem habuit. Et tun aliquando successit Ale-
xander. nam cum per id temporis regia nummis forte esset exbar-
ita, petit Alexander ab Eumene trecenta talenta: sed ubi non ult-
ra centum corradi posse intellexit, ut hominis fallaciam depre-
benderet,

henderet, eius tabernaculum succendi insit. Hoc autem quām suppetias ille ferret, ab igne consūptum est. Mox autem penitentia motus Alexander, quod Eumenis codices flamma consūpsisset, uniuersas prouincias edictis monuit, ut incensorum librorū exemplaria ad Eumenem mitterentur. Ex incendio quidem non ultra tanta lentorū mille summanā argenti, in unum cōflati repertum est. Ex qua non minimum Alexander accipere noluit. Decedente autem Alexandro, inter eius proceros magna de diuidendis regnī orta est cōtentio. Tum Eumenes obfirmato consilio, cum trecentis equitibus, & argenti talentis quinq̄; millibus, ad Perdicam transiit, a quo nedum humaniter acceptus est, verum & in regnū solum accius, et satrapas, post Ariarathis Capadocie regis causum factus. Cumq; Perdicam omni ueneratione cultu prosequeretur, & multa probata in eum fidei signa ostenderet, urbes multas arcibus praefidjs & legibus munierunt adcepit. Ruentibus interea Antipatru & Cratero, ab eodem Eumenes dux crēatus est, hac dignitate, ut ex suo cōsilio uel cunēta ageret. Sed monuit eū Perdicam Alctam fratrem, ac Neoptolemum, ut Eumeni obtemperarent. Quod cum Neoptolemus nollet, et potius aduersus eum milites insuererit, Eumenes eum in fugam uerit. Neoptolemus ite-
ma ad Antipatru Craterumq; configiens, orauit, ut per legatos Eumenes summis pollicitationib; à Perdicā reuocaretur. Quo re-
spondente prius uitā se quām fidem relieturū, Craterus cū magna copiarū parte aduersus Eumenē castra mouit. Eumenes inimicori p̄sentiens motū, et imparem se uidens, nec admodū se Macedonibus credēs, quos secū habebat, noctu castra mouere statuit. Ve-
rū eadem nocte in somnis uisionem habuit, que uictoriani ipsi portendere uidebatur. Ex quo animuū uires, recipiens, postera luce copias in campum deduxit. ueritus autem, ne sequando cōtra Craterum Macedonas locaret, ad eum transtirent, mille et uiginti quatuor mercenarijs militib; eam prouincia demandauit, iubens, ut nullis editis uocibus in Craterum irrumperent. ipse uero cum trecentis equitibus ex omni robore, Neoptolemum inuasit. Medu-

pugna cum Craterus sinistrum Eumenis cornu strenue proster-
neret, à Thrace quadam in latus decurrentē hastā transfoſsus est. Eumenes & Neoptolemus mutuā odij irritati, quasi duobus con- Eumenis & Neoptolemus mutuā odij irritati, quasi duobus con-
cursibus nihil actum est, excandescēte utrinq; bīle, strictis enī Neoptole-
bus se petierunt: et dum se lanianū uulnerib; equos concitant, cōfī mi mo. soma
des pulsanū, arma discerpunt, equis collabentib; in terram sternunt
chia. Tum Eumenes sub genu Neoptolemū acriter uulnerauit, qui
mox accepta plaga, semianimi decidit. Attamen & ipse Eume-
nen sub thorace sauciauit. Eumenes autem spolijs acceptis, et pro
pter uulnus agre se habens, respirare noluit. Cæterū audita Cra-
teri morte, illi aduolans, cum adhuc spirantē intelligentemq; of-
fendisset, multis lacrymis, & extensa dextra tanti uiri for-
tem miseratus est. Interea Perdicam in Aegypto per seditionem ob Perdicā
truncatur. At Eumenes, qui infra diem decimum bis uictor euase-
mors.
rat, plus sibi iniudicē odij, apud hostes & socios, quām glorie
comparuit, quod homo peregrinus, ex Macedonibus primarium
interfecisset uirum. Ob id enim irati Macedones, Eumenem mor-
tis pronunciarunt reum, imperatoresq; belli, Antigonum & Anti-
patrum creuarunt. Animaduertens igitur Eumenes tantam bellī mo-
lem, modō in Lydiā, modō in Phrygiā exercitum dūctitando,
certamina differebat. Ibi cum forte in Antigonii impedimenta om-
nia, et in ingenuoū & femininū corpora et opes omnis incidenter,
ueritus ne sui spolijs prædā, locupletati ad resistendum imido-
res, ad fugā ob sarcinas tardiores, et in subeundis periculis inerio-
res efficerent, simulato quod uellet corpora curare, equosq; ad
pabulum admittere, subito de via restitit. Interim ad Menandru sar-
cinarum præfētū clām summitens eum monuit, ut quāto oculis li-
ceret, impedimenta ex inferioribus locis ad montium cacumina
subduceret, ne si mox castra mouisset, in prædam scilicet prorū-
rent. Menander periculo cognito inde se abripiuit. Hæc cum ad-
uersarij intuerentur, Eumeni se multum debere profitebantur, qui
eorum liberos à seruitute, et uxores à militari uolentia seruassent.
Antigonum tamen dixisse ferunt, Eumenem non pietate, uerum

Fumeles
ad Alex.
ducandum
accius,

ut sibi compedes ad fugam amoueret, ita fecisse. Paulo post cum consideraret Eumenes hostium viribus se non posse resistere, maiorem exercitus partem missam fecit, & cum quingentis equib[us] & pedibus ducentis Noram se recepit. Vbi tum loci iniquitate, tum uia & austeritate, & rerum penuria perterre factos complures dimisit. Licit autem acris cum Antigonos obſideret, Eumenes tamen (uti natura & aspectu perquam suauis erat, & iuuenili decore prædictus) dulci eloquio leporisq[ue] gratia facile obſidiōis etiū socijs minuit. Simul ne desidia intabat, noctu per excubias, tum interdiu debiliora per opera, sic eos exercevit. Quid mul-
tis? Tandiu obſidione pertulit, quod Antigonos audita Antipatis in Macedoniam morte, percepta cuncta a Cæſario Polypercontē, se ditionib[us] infestari. Ratus enim Antigonos Eumenem ad res gerendas opimū sibi fore adiutor, ad inducas deſcedit. Sed Eumenes obſidione soluta, circa iuſtrū ad genus ab Antigono dissentientis, congregatis mille milib[us] ab Antigono repente deſcedit. Ita liber in Macedoniam abiens, ab Olympiade ad Alexandru eius filii, educan-
dū accius eff. Cæterū Polypercontis et Philippi consilio, Cappa-
docie copijs ut Antigone aduersare prepositus est. Quia tam-
p[ro]p[ter] regiae literas ad Eudemō & Antigene Argyraspidum
ducibus benigne satis fusciperetur, obstante tamen eorūdem
inuidia, summa uti potestate non potuit. Nam ad eum accedere aut
salutandi, aut consultandi gratia, illi dedignabantur. Ipse quoque
pro diolorum foribus praeflatori in minime patiens, finxit sibi Alexan-
drum in somnis apparuisse, & tabernaculum cum folio ostendisse,
regio apparatu ornatu, dixisseq[ue]: Vbi magnis de rebus confi-
lare uolueritis, hic uobis cōſidētibus adero, openiq[ue] praefabo. Hic
palam renunciatis regium ornauit tabernaculum, in quo congre-
derenur. Interea cū Theutamo et Antigene ad superiores partes
adequitans, ueritus ne per quaritatem mortem ipsi ſtruuerent, argen-
ti se penuria laborare simulauit. à quibus igitur potissimum odio
habebatur, ab ijs es grande mutuo accept. Et sic inimicorum opi-
bus, corporis sui tutelam inuenit. Putabat enim illos ne tantum pe-

cunia

cuniarum amitterent, in eius perniciem non ulterius cogitatu-
ros. Quod etiam uis eueni. Quamuis autem ad victoriā Antigonus
plurimo uis fuerit strategemate, tamen ceteris diffugientibus, Eu-
menes fortissime refutit, & apud Paſtigrem fluvium magna cum
cæde impetum inimicorum repreſit, ac quatuor millia in ſuam po-
testatem rededit. Ex quo principes Argyraspidum inuidia rufus
eximulati, necandi hominis consilium agitare. Tum Eudemus
Phœdimusq[ue], duo ex ijs qui pecunia ipſi mutuo dederunt, ut am-
fissionem preuerterent, consilia Eumeni referauerūt. Quamobrem
Eumenes ſuā hand posſe moueri uidens, statuit cum Antigono de
rerum ſumma decertare. Inſtructis itaq[ue] aciebus, & ſingulos ad ui-
ctoriam exhortatus, maximō impetu in hostes irrupit. Pugnatum
eft utring, hoſtiliter, & tandem ab Antigono phalange contrita,
Eumenes inferior extitit. At Antigonos equitatū superior, mox
hoſtili sarcinas intercepit. Argyraspidum autem principes impedi-
mentorum tactu ſolliciti, per legatos ea repeterunt. Quibus be-
nigne pollicitus eſt Antigonos, ſi uiuum ſibi Eumenē tradidiffent.
Qui parum morati, in eum manus iniecerunt, & uinculum Eume-
nen ad Antigonum traxerunt, quem cum uader nolle, ut leonem
elephantum que custodiri uisit, & paulo post necari. Antigonos
autem, cremato corpore, illo' que in argenteam urnam imposuit,
uxori cineres filij que deferriri mandauit. Argyraspidas que om-
nis uti immansimmas bellugas infestatus eſt: & ita diſperſit, atque
in perniciem dedit, ut neque in Macedoniā, neque in Græciā
peruenire potuerint.

Eumenis in
teritus.



VINTI Sertorij genesis haud ſanē fuit obſcu-
ra. Nam ex Nursia Sabinorum urbe oriundus, à
Rhea matre uidea honeste educatus, adolescentis
aduocaciam eloquentia floruit, & in causis orandiſ au-
toritatem nactus eſt non iudicarem. Sed cum ad
militia

militarem gloriam animum appulisset, primò sub Cepione in Galia contra Cymbros merens, cum male à nostris pugnatum esset, Sertorius amissò equo, sauciùs que, thorace armatus, Rhodanum per aduersos fluctus tranauit. Sub Mario deinceps aduersus facinus. Cymbros militans (ij enim magno terrore Italiam invaserant) auxilium est eorum castra, Celica amictus ueste ingredi, et quadam eorum linguae notiua, obuiantum congressus fallere, ac exploratis que scitu digna fuerant, Mario omnia referre. Quamobrem sumtante Marius benevolentia prosecutus est, ut uix ex aequalibus alium similiiter illum. Missus posthac à Didio prætore in Iberian tribunus militum, ubi milites rerū copia corrupti perulantis lasciviebant, magnam difficultatem habuit. Oppida ni cùm cōspiratio ne facta, accepto à Giry sēnās uiciniis præsidio nocte milites invaserunt. Tum Sertorius congregatis ex fuga militibus portam intravit, qua præsidium irreplerat, & cunctos arma ferentes ferro superauit, coaptatisq; contiuo sibi hostium insignibus armisque, ad Giry seniorum urbem profectus est. Quibus armorum mutatione deceptis, opidum inicit, ac multis trucidatis, urbe potitus est. Cuius rei magnitudine, simulacrum Roman remeauit, continua Mariscum circa Padum. Gallie questor designatus est, qui Marisco insur bellum. gente bello, tanta celeritate militum delectum habitu, tantaque in rebus agendis diligentia usus est, ut duces strenuos omnes uicerit. Hie periculis se fortiter obiciens, manu que strenue pugnans, altero oculo priuatus est. Cuius iactura hanc multum commovebatur: afferens bellicè laudis insignia se sic præferre. Et propterea à R. P. honorificissime uisus in theatro, non minus populari aplausu quam nobilium urbanitate celebratus est: tamē in bunatum petens, Sylla oppugnante nō obtinuit. Ex quo Marij partibus inherērens, Cimna secutus est. Erant enim Octavius & Cimna consules. Hic Marij illè Sylla partes tuebatur. Tandem comitina cum missa inter consules in foro pugna, Cimna cum Sertorio urbe pulsata sus est. Redeunte ex Africa Mario, tripartitisq; copijs, cum Octa pulsi, uo sceleriter pugnatum est. Quo contrito, Marius, Cimna' que omnia

nnia crudeliter gesserunt. Quippe serui à Mario ad pileum uocati, dominos macabant, uini dominab, afferebant, pueris abutebantur. Sertorius autem indigitatorem non ferens, cum nemini ciuuum nocumento esset, seruorum istorum ad quatuor millia occidit. Mario deinde Cimnaq; mortuis, & superato à Sylla iunore Mario, Sertorius rerum urbanarū ratione ductus, in Iberiam contendit, ut sibi partibusq; suis refugium aliquod compararet. Provinciam itaq; suscipiens, tum tributorū relevationē, tum in suburbanis hibernatione puinciales à molestis liberavit: quo omnis sibi populus benevolentia deuinxerit. Non tanen ea diutius fortuna perfrui potuit, quia à C. Annio, à Sylla missō, Iberia pelleretur. Mox autem conductis Cilicibus piratis, Pythusam in uuln̄ expulso Annij praefidio occupauit. Ex quo Annius cunā classe ualida, et millibus militum quinq; Sertorium adortus est. Sub primam uero pugnam insurgente pelago, Sertorius procellis agitatus, terraq; ab hostibus circumdatus, uix decimo die superfetes euafit. Sedato itaq; mari, multos post errores, in Libyam à Cilicibus rapinarum auditis delatus est, ubi Maurisij cōtra Ascalium auxilio esse statuit. Ad quos accelerans, Ascalium superauit, & acri obſidione circumsepit. Adueniente interea C. Pacciaco à Sylla missō, cum Sertorius operabitur, exercitumq; cepit. Expugnato postea Tigenna oppido, in quod Ascalium conſugerat, Sertorius uictor Maurisios in libertatem restituit. Rebus ita compotis, à Lusitanis imperator accitus est. Erat enim Sertorius ad fortunae uicissitudines constans, ac modus Sertorij indeflus, & inopinatis casibus audax. Pollebat in super ingenij calli genitatem, & ad percipiendā hostium fallacias optimus erat artifex. Ex Libya ergo in Lusitaniam abiit. Tum mox Iberia potitus, plesisque etiam alias ciuitates, ob innatam humanitatem ultra se dedentes, accepit. Commenius est ibi superstitionem quandom ex cerua alba, quam usque adeo circuauerat, ut armorum strepitus non horreret, sed eum inter acies semper sequeretur. Ab hac enim quasi Diana nuncia, se plurima per reuelationem acciper Barbaris afferbat. Quæcum uocata ad Sertorium accede-

ret, facile rudiib, persuasit. Hinc et illa quæ per secretissimos exploratores perferebatur, habere se dicebat. Sic omnia deorū consilio facere uidebatur. Auxit rerū successus hanc opinionē uulgi, nam non ita cum magnis suorū copijs, quatuor Romanorū duces, cum

Sertorij uitiorie. C & XX millib peditū, equitum septem millibus, sagittariorū mīlo et funditorū duob. millibus superauī fidū delevit. Cottianā uali pugna profligauit. Phidius dubios Romanorū millibus trucidatis fudit. Domitii in fugam uertit, Toraniq, cum exercitu perfundedit, et Metellū maximā autoritatis iurū adeo attrivit, ut ēl, Lollio ex Narbonē agro auxiliū petere cogeretur. Erat Metellus aeu grandis, et quieti indulgens, ac nisi iusta acie nunquā bellare solitus. At Sertorius homo erat infestā audacia, et recentis spiritus, ad medium, labore, festinantiā patetissimus, qui tumultuarii concertationib, varijsq, fallacijs libenter utebatur. Et ita cōtinuū uigilijs, per aspera et inuaia, modo inuadendo, modō euadendo, Mētellum infestabat, ut ei neq, aquādā, neq, pabulandi, neq, castram uendi oīcum daret. Quare Metellus Sertorium uidens pugnam de trectare, bellumq, pretendere, eum obſidione ſepſit: confiſus, & que penuria virum expugnari poſſe. Cui rei cum Sertorius prouidet, Aquilium cum sex militum millibus frumentū redemptum, & tergo adortus, magna cum cōde ita profligauit, ut ab obſidione Metellus turpiter diſcedere cogeretur. Quibus uelutorijs in adm̄ationem barbarorū omnium Sertorius uenit, uotiq, certam excep̄tus eſt. Erat enim Iberis mos, ut cū duci ſe nouerit, uādā cum illo etiā morerentur. Ex quo perpacuī eiusdem uolitatis amici reprobabantur. Sertorius aut̄ multū milliū ſeſe uocuerunt, uſaq, eo ibi ſuperatum ſemel ab hostiib, deuoti ſuā ſalutis obliti, eum per medios hostes humeris in tutū aſportarint. Confluente igitur eo tempore ad eum barbarorum multitudine, quam ob corū ſuperbiā feritatemq, nec ratione, nec uerbis instruere poterat, quin ſemper in hostes præcipites ferrentur, aduocata concione iuſſit quos duos in medium adduci, quorū alter macilens et imbecillus, alter ſagittatus ac ualidus erat. Habetat uero in exercitu militem quendam

Iberorum uota. Pompeius Sylla (ſic enim eū uocabat) ostendā, inquit, ducem non minus poſt ſe, quam ante ſe uidere debere. Locat autem a tergo uidiūm præſidiū, ſic ut Pompeio inuadendi anūm, oppidanis euadendi ſpem ſimil eriperet. Tum oppido in deditiōnem accepto, id quāſi Pompeio ſe calſacientē incedit. Sertorius igitur præſente, exercitus ſemper incolamus mansit. Quod etiam apud Sucronem maxime cognitum eſt. Nam in ea pugna Pompeius finistrum Sertorij cornu ferē contriuuerat, tum Sertorius celeriter accurrens, uictoram Pompeianis exercitū, & eos ita diſperſit, ut Pompeius uulneratus, equo que proſtra-

dam robustum & forteſ. Is ambabus adnitens manibus, ut uno im petu caudam euelleret, diu tandem nequicquam ſeſe equumq, de fatigauit. Equi uero fortis homunculus quidam, ſenſim per ſingulos pilos caudam euellit. Quam rem omnibus ſpectantibus, inquit

Elegas Ser torij facili, & strategē ma. Sertorius. Videite uires ab ingenuo ſa pe ſuperari poſſe. Et propterea quæ impetu uno confici non poſſunt, paulatim quidem conficiuntur, potentia enim nulla eſt, quæ diuturnitate diminiū non poſſit. Pulcherrimo etiam ſtrategemate in Characitanos uifus eſt, quos

cū loci aſperitatē bello ſuperare non poſſet, ingenuo ſubegit. Hī aut̄ in montium ſpeluncis Boream uersus habitabat, ſo unq habebat puluerulentū. Sed propter anſtractus, et monis altitudinē, a pe riculo utri erant. Sertorius hac animaduera ſe, ē montis regione cumulum ex puluere ſublimem eleuari iuſſit, eleuatum poſtride ſe uiente acruis uento a militibus miſceri, quatū, ac diſpergi, ex quo puluſ per inane uolans, in barbarorum caueas deferebatur.

Quod cū non ultra biduum pati poſſent, puluere ſpiritu faucesq, præcludente, ſeſe deſiderant. Denū quam diu aduerſus Metellū Sertorius belligerauit, ſue ſeneſtute, ſue Metelli tarditate, ſuperior ſemper uifus eſt. Etia Pompeio Pyrenæos tranſeūte, et Sertorij fama percrebruit, que circa Lauronij Hispāniae oppidū præclarē incepit. Nam cū illud Sertorius obſidere, l'opeus ſuppetias ſerens, oppidanis bono eſſe animo iuſſit, quoniam Sertorij magis obſeffiū in incenibus quam obſidenti confiſcerent. Quibus uerbis arridens Sertorius. Discipulo Sylla (ſic enim eū uocabat) oſtendā, inquit, ducem non minus poſt ſe, quam ante ſe uidere debere. Locat autem a tergo uidiūm præſidiū, ſic ut Pompeio inuadendi anūm, oppidanis euadendi ſpem ſimil eriperet. Tum

Pompeius Sylla discipulus.

prostratus, uix aufugerit. Interea cum Afranius, alter Syllanorum dux, partē exercitus, cui Sertorius p̄fuerat, fregisset, ad castrā p̄flogisset, eāq̄ diripere attentaret, Pompeiu nesciens esse fugātū, superueniēt Sertorio superatus est. Sed auditio Metelli adueniēt, non ultra cōtentidit Sertorius. Dixit uero: Ni anis ista uenisse, puerm hunc uerberis casligatum, domū remissū. Paulō p̄fī ma. cum in agro Saguntino a Pompeio Sertorioq; acerime pugnatur, Sertoriū superior, cum ingenti strage ad Metellum uig. Pompeianos pepulit. Hic dum Metellus supra cōatem resisteret, telo percussus, ferme captus est. At Romani propter imperatoris discrimen pudefacti, mox recollegerunt se, & in fugam Sertoriū uertierunt, in urbis montosa quadam obsederunt. Inde tandem ille elapsus, iterum terra marq; hostes infestabat, adeo ut Metellus tādo affectus statuerit ijs p̄sumū, qui Sertorium interficerent. Erat Sertorius patrī amator, qui patrijs legibus cunctamistrabat, crebatq; ex Romanis quos secum habebat pr̄tores, & magistratus omnis in Iberorū urbibus. Saepius etiam uictor Metello Pompeioq; obtulit, arma se depositurum, priuatis, cum suis domi incurruit, si permitteretur. Malebat enim ignobilis in patria degere, quam per alienas urbes imperator & exil ēsse. Reuerti autem cupiebat in urbem matris intuitu, cuius amore ita sciebatur, ut cum eius mortem audisset, septē diebus in publicam matrem pie prodire noluerit. De reliquo quantus dux fuerit Sertorius, res per id temporis declarant cum Mithridate gesta, que tantum illi nominis attulerunt, ut nobilissimos homines, quos secum Sertorius habebat iniuria corruperit. Inter quos M. Perpēna princeps affectans, cū multa de Sertorio inter amicos oblocutus est, pleroq; concitauit, corrupitq; ut in Sertorij necem coniurarent. Cum autem Sertorius (ut moris sui fuerat) multos in coniuratum adhibuisset, coniurationis ignarus, uocauit itidem Perpēnam, ac coniuratos caeteros. Ibi cum uellet pro cōsuetudine seruare in coniurā decorem, honestatēq; iij quorum animus ad nefas excandescebat, ficta ebrietate, multa petulanter flagitioseq; loquebantur.

tur. Cum uero Sertorius scurrilitatē eorum horreret, quasi facie auertens, supinum se dedit, at mox à Perpēna tum signo dato, Antonius Sertorium gladio percusit, qui alijs irruentibus, multis tandem vulneribus interiit. Perpēna paulo post, uii nec ad parentū, nec ad imperandum aptus, à Pompeio superatus, & tandem neca tus est. Reliqui uero Sertorianae necis conscij, etiam breui & à Pompeio & a Maurisij interficiū turpiter fuere.

C O M P A R A T I O E V- menis ac Sertorij.

E umenes & Sertorius, uterque extorris, uterque externa-
rum gentium ualidissimis exercitibus imperauit. Sertorio te-
men à socij per gratiam ac benevolentia principatus collatus est. Alter multis de imperio dissidentibus, ultrō priores sibi partes af-
sumpsit. Hic Macedonibus, Romanus Iberis & Lusitanis impera-
bat, & ob rei militaris peritiam imperator effectus est. Eumenes autem ex scriba ad imperium peruenit. Sertorium palam offende-
re audebat nemo: ad necem pauci coniurarent. Eumeni maxima
